



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XI. Die Markgrafen Johann, Otto und Konrad verkaufen dem Kloster Neuendorf das Dorf Cheine, am 25. März 1270.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

fitus et Heidenricus curie nostre cappellani. Actum Dolle, anno domini M. CC. LVIII., X. Kal. Maji.

Orig. in M. Beide Siegel sind verloren. — Befn. 112. — Gerden, Diplomataria II, S. 76.

XI. Die Markgrafen Johann, Otto und Konrad verkaufen dem Kloster Neuendorf das Dorf Cheine, am 25. März 1270.

In nomine sancte et individue trinitatis. Amen. Nos Johannes, Otto et Conradus, dei gratia marchiones Brandenburgenses, — — cenobio sanctimonialium in Niendorf villam nostram Cheine vendidimus et libere dimisimus pro triginta marcis Stendaliensis argenti cum omnibus attinentiis ejusdem ville, cum pratis et pascuis et lignis viis et inviis et cum omni jure, quod habere videbatur (pro videbatur) in eadem hucusque, proprietatis titulo perpetuo possidendam. Testes hujus rei sunt dominus Hermannus de Gardelege et dominus Buffo de Kocftede, dominus Heino de Woldenhagen, dominus Philippus de Stockem, dominus Wernerus de Ammenfleve et filius suus Ghero et plurimi alii milites, prohi et honesti, famuli fide digni. Ne igitur etc. — — hanc nostram litteram cenobio prefato conferri jussimus sigillorum nostrorum appensionibus roboratam. Data sunt hec et acta in civitate Stendal, anno domini M. CC. LXX. octavo Kalendas Aprilis in annunciatione beate virginis Marie, per manum Aluardi, tunc curie capellani.

Orig. in M. Ein Sig. ped. des Markgrafen Johann, die zwei andern Siegel sind verloren gegangen. — Befn. 112.

XII. Die Markgrafen Johann, Otto und Konrad vereignen dem Kloster Neuendorf 7 Hufen in Groß-Schwechten und bestätigen alle früheren Schenkungen an das Kloster, am 29. Januar 1278.

In nomine sancte et individue trinitatis. Amen. Johannes, Otto et Conradus, dei gracia marchiones Brandenburgenses. Vniverfis hanc paginam inspecturis in perpetuum. Ne ea que coram nobis aguntur, successus temporum aut oblivio rerum abolere valeat, consuevimus ipsa litterarum testimonio eternare. Hinc est, quod constare volumus tam presentibus quam futuris, quod nos ducti pia intentione et affectu ob salutem et remedium animarum nostrarum nec non progenitorum nostrorum claustrum sanctimonialium in Nyendorf Cisterciensis ordinis proprietatem septem mansorum sitorum in magno Suecten (Swechten), quos videlicet mansos Johannes, Arnoldus et Antonius filii quondam Antonii, burgenfes Stendalienses, a nobis tenuerunt